Quelle: http://manuscripta.at/?ID=917
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



minis Ut uideri supremus
genitor possit a nobis Mun
di cordis que soli cernere
possunt oculi Prophetas
tu inspirasti ut preconia
xpi precinuissent inclyta.
Apostolos confortasti uti tro
pheum xpi per totum mundum
uehent Quando machy
nam per uerbum suum fecit
deus celi terre marium Tu super
aquas foturus eas nume
tuum expandisti spiritus Tu ani
mabus uiuificandis aquas
fecundas Tu aspirando
das spiritales esse homines
Tu diuisum per linguas mun
dum et ritus adonasti domine
Ydolatras ad cultum dei re
uocas magistrorum optime.
Ergo nos supplicantes ti
bi exaudi propicius sancte spiri
tus Sine quo preces omnes
casse creduntur et indigne
dei auribus Tu qui omnium
seculorum sanctos Tui numinis
docuisti instinctu amplec
tendo spiritus Ipse hodie apostolos
xpi Donans munere in so
lito et cunctis in audito seculis.
Hunc diem gloriosum fecisti
Sancti spiritus assit nobis gratia.
Veni Alia de sancto Spiritu.
sancte spiritus et emitte celitus
lucis tue radium Veni pater
pauperum ueni dator mune
rum ueni lumen cordium.
Consolator optime dulcis
hospes anime dulce refrigerium.
In labore requies in estu tem
peries in fletu solacium O
lux beatissima reple cordis
intima tuorum fidelium Sine
tuo numine nichil est in ho
mine nichil est innoxium.
Laua quod est sordidum riga
quod est aridum rege quod est deuium.
Flecte quod est rigidum foue quod
est frigidum sana quod est sauci
um Da tuis fidelibus inte
confidentibus sacrum septena
rium Da uirtutis meritum
da salutis exitum da perhenne
gaudium. De Corpore xpi.